



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Flores Meditationvm**

**Bebius, Philippus**

**Coloniae Agripp., 1623**

Medit. 17. De exceptione Christi apud Caipha[m].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

improbos : sed timeamus ne coram Deo rei simus , qui de nobis sententiam latus est, non ex sententijs hominum, sed iudicio suo.  
 6. Linguae male dicorum & detractorum nihil omnino possunt nocere ; quin potius si velimus, plurimum nobis prodesse possunt: siquidem cum humilitatem in nobis augeant, meliores nos faciunt.



## MEDITATIO XVII.

### QVAE CHRISTVS A- PVD CAIPHAM PASSVS SIT.

#### PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. *Viri, qui tenebant IESVM cedentes Mat.26.  
eum colaphis, expuerunt in faciem eius, & velarunt eam.* Mar.14.  
*Luc.22.*
- II. *Aly dantes palmas in faciem dicebant: prophetiza nobis Christe,  
quis te percussit?*
- III. *Aly multa blasphemantes dicebant in eum.*

---

#### F I G V R A.

**P**Hilistæi cùm Samsonem luminibus *Indic. 16* orbassent, iusserunt illum coram se ludere, & in ipsum scommata iaciendo se recreabant.

M 2 PRO-

## PROPHETIÆ.

Isa. 50.

**C**orpus meum dedi percutientibus, &  
genas meas vellentibus.

Ibid.

**F**aciem meam non auerti ab increpanti-  
bus & conspuentibus in me.

Zach. 12.

**F**aciem tuam velabis, quia portentum de-  
dite domus Israel.

Job. 3.

**A**bominantur me & faciem meam con-  
spuere non verentur.

## DOCUMEN TA.

1. **F**aciem Christi conspuunt, qui impu-  
ris cogitationibus aut cupiditatibus  
animam suam, id est, Dei imaginem  
föedant.

2. Idem faciunt, qui Deo suam offerente  
gratiam, aut sanctis inspirationibus aliquid  
imperante, ipsis tamen non consuetas imper-  
fectiones deserere conantur, repugnant, & a se  
reiciunt.

3. Diuinam quoque faciem Iesu deturpant,  
qui sine reuerentia & sensu pietatis, non ex-  
purgatis ex animo omnibus peccatorum for-  
dibus, impuro ore, sanctissimum Domini cor-  
pus accipiunt.

4. Illudimus Christo, cura vel pauperes, vel  
alios Dei seruos contemptui & ludibrio ha-  
bemus.

5. Christo per linguam faciunt contume-  
liam, qui vel non satis reuerenter de rebus  
sacris loquuntur, vel cum sint religiosi, more  
secularium loquuntur, vel de proximo ea di-  
cunt, quæ nihil ad audientium fructum fa-  
ciant.

6. Orl.

6. Oculos Christo obligant, qui factis excusationibus suas tegunt imperfectiones: quique sine verecundia & timore Dei tam audacter peccant, ac si non videret Deus.

7. Tunc item claudimus oculos Christo, cum Superiores nostros volumus esse cæcos, nos ipsos scilicet bono lumine præditus, id quod facimus, cum laboramus ut superiores se nostris, non nos illorum iudicijs nosmet accommodemus.



## MEDITATIO XVIII. DE NEGATIONE

PETRI.

### PVNCTA MEDITATIONIS.

I. Petrus calefaciens se cum ministris, negat se nosse Christum prima & secunda vice simpliciter: tertia vice cum iuramento, &c.

Mat. 26

Mar. 14,

Luc. 22.

Ioan. 18.

II. Gallo iterum cantante, Christus respexit Petrum, & recordatus est verbi eius.

III. Exiens foras Petrus fleuit amare.

### PROPHETIÆ.

A Bominati sunt me quondam consiliarij  
mei, & quem maximè diligebam ad-  
uersatus est me.

Iob. 19:

Inquilini domus mea, sicut alienum ha-  
buerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis  
eorum.

Ibid.

M 3 DOCV-